

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Johannes Crocius Moritz Gudenus

Positiones Theologicae De Paedobaptismo

Marpurgi Cattorum: Hutwelckerus, 1619

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn746576250>

Druck Freier  Zugang



95-

52^b. 6.



Fa 1092 (95.)

Tomo hor. XLVII. . continentur.

1. Dicerni Icarus Academicus Norimb. 1643.
2. Aclamationes prepemptias Academie Genesia cum eo ea
descenderet idem Dicernur.
3. Orationes inaugurales Academie Liudunensis Batavorum.
4. Polyandi. Waldei. Anno: 1620.
5. Thysii.
6. Hommii.
7. Sinapis.
8. Ravii Pancoynica Orientalib[us] linguis Trajecti d[omi]ni 1693.
9. Hier. Welleri Consilium de Scholis Theol. Rostoch. 1617.
10. Simile D. Joh. Quistorpii Rostoch. 1643.
11. Iusti Ione oratio de codem argumento. ibid. 1644.
12. Dan. Hemsii. Homilia in Natalem Domini. lug. 1613.
13. — . In Christi Passionem. ibid. eod.
14. Quistorpii de Virtutibus liberis arbitriis coll. Con III, 4. s. 1645.
15. Damhauen. Domini Glorie crucifixus. 1633.
16. — . De Melchisedecco e Gen. x Iv. 1634.
17. Jacobus Martini de Causa Pecati. 1639.
18. — . Analysis Capiti V ad Romanos. eodem.
19. Arschaeur. De istuc testib[us] in Terra. 16. VI. 8. 1635.
20. — . De Pecato originali. eod.
21. — . Synopsis Theol. Zachariae.
22. — . ad Hebr. XII, 8. 1643.
23. — . ad Act. VI, 27. 28. 1646.

1.	8.	3.
2.	9.	4.
3.	10.	5.
4.	11.	6.
5.	12.	7.
6.	13.	8.
7.	14.	9.
8.	15.	10.
9.	16.	11.
10.	17.	12.
11.	18.	13.
12.	19.	14.
13.	20.	15.
14.	21.	16.
15.	22.	17.
16.	23.	18.

24. D. Marentius de Ecclesia. 1608.
25. D. Hammenig de Persona Christi. 1645.
26. D. Cothamay de Predestinatione. Rostock. 1692.
27. —. Part II. —
28. Id. Croix de Orthodoxæ Fidei Dilectione Marp. 1619.
29. —. Vano per Europā Doctrinæ cum Script. S. conformitas.
30. —. De Apostoli nominis causis.
31. —. De Apostolita Ecclesiastū Evang. Doctrina.
32. —. De Catholicismo Eccl. Evangelice.
33. —. De Antiquitate Relig. Evangelice.
34. Gocklenii Theser Apologeticus contra Finniū. 1606.
35. —. De Analogia seu proportione.
36. Petelinus de S. Cœna Stenforti 1602.
37. Toffani Theser contra Evangelicos. ibid. 1605.
38. Ravenspergi Samson redivivus. ibid. 1614.
39. Heyderi Exerc quæstionum Thol. Marpurgi. 1611.
40. Eglini de Generaliis Christi. ibid. 1608.
41. —. De Fide justificante. ibid. 1617.
42. —. De Peccati in Spiritum S. cod. 44 B. Croix de Pa
43. —. De Predestinatione. ibid. 1619. Doctrinæ
44. Connug Vorshy de Idolatria Pontificiorum in cultu virtutum.
45. —. Fide Stenfort. 1608.
46. —. de Idolatria corundē multa sanctorum.
47. —. —. In cultu Imaginum.
48. —. —. In cultu ipsius Pontificis.

49. P. Petri Probsti Soc. Ges. disputatio Paradisiaca
50. Conradi Vorstii Oratio Antlopetrica in
Pleno confessu dominum Hollandie et Westfalia ha-
bita. Raaet Marti. 1612.
51. Ebelius de Generatione et Corruptione Hom.
Gesae. 1646.
52. — De Animæ Hum. Similitudine. 1644.
53. — Decade IV. Conclusionum Metaphysicarum. 1646.

A - A

16

35

30

A - C

20

40

A - B

A - B

35

P. 36

A. 00

A - C

A - B

A - D

A - E

A - F

A - G

A - H

A - I

A - J

A - K

A - L

A - M

A - N

A - O

A - P

A - Q

A - R

A - S

A - A

A - C

A - C

A - C

65

A - C

48

A - C

16

A - C

A - C

A - C

A - B

A - C

A - K

51

24

24

20

44.0

41a

42. 50

43. 49.

44. 70.

44.71

44.72

POSITIONES THEOLOGICÆ,

De

PÆDOBAPTISMO,

Quas

Assistente divinâ gratiâ,

PRÆSIDE

IOHANNE CROCIO SA-

CRO SANCTÆ THEOLOGIÆ DOCTO-

re & ejusdem in illustri *Mauritiana Academia*

Professore primario,

Publicè

Examinandas proponit

M. MAURITIUS GUDENUS CASSEL-

ianus Hassus,

*Addiem 28. Augusti loco & hora
solitis.*

• 50 •

Marpurgi Cattorum,

Ex Officina Rodolphi Hutyvelckeri,

Anno M D CXIX.



CLARISSIMO ET EMINENTISSIMO
Viro

DOMINI. THEODORO VIETORI, in Illustri Mauritianâ Græ-
cæ lingua Professori eximio, eiusdemq; Pedagogii Rectori fide-
lissimo, solertissimo. Mœcenati suo & Preceptorî omni teve-
rentia & honoris cultu suspicioendo.

Ut &

Veræ pietatis amore, eruditioñis honore, generis
splendore ornatissimis & maximè conspi-
cuis Juvenibus.

DOMINI. GERHARDO SCHOPPINGIO Schvvollano, &
DOMINI. THEODORO QUEISEN Daventriensi. Belgis.

S.S.L.L. Studiosis in Academia Marpurgensi maximè
industriis, amicis suis ut observantia colendis, ita ami-
citia singulari junctis.


Dedicat & offert

Respondens

Mauritius Gudenus Cassellanus.



PROPOSITIO PRIMA.



Nimus nobis est doctrinam de Pædobaptismo brevissimè complecti, & placidâ sententiarum collatione examinare. Quod ut bene cedat faxit Dominus Iesus Amen.

2. Sunt autem alii infantes Christianorum, alii gentilium & Iudæorum, seu omnium qui sunt extra Ecclesiam constituti, quos Paulus absq; Christo, alienos à populo Israelis & extraneos à pactis promissionis, spem non habentes, & Dei expertes in mundo esse scribit, Ephes. 2.12.

3. Christianorum infantes appellamus, qui vel ex utroq; vel ex alterutro parente Christiano nascuntur. i. Cor. 7.14.15. vel quorum parentes liberis jam natis ex Judaismo aut paganismō conversi baptizantur, Actor. 16.33.

4. Christianorum autem nomine hîc generaliter nobis veniunt, quotquot sunt in Christum baptizati, sive verè credat, sive fidem exterius simulent, quæ est hypocitarum impietas.

5. Hoc infantium discriben omnino hic notandum esse putamus, cùm ipsa scriptura inter gentes extraneas & propinquas factas per fidem Ephes. 2.12.13. inter extraneos, & eos qui sunt intus. i. Cor. 5.12. ut & inter liberos sanctos & immundos i. Cor. 7.14. discernat.

A 2

Nor

42. 50.

43. 49.

44. 70.

45. 47.

46.

6. Non quod Christianorum liberos sanctitate inherente praeditos in hanc lucem edi credamus, quæ est quorundam malevolorum calumnia; constanter enim retinemus Christi oraculum; Quod ex carne natum est, caro est Ioh:3.6. Sed quod nascantur sancti sanctitate federati, seu tanquam pertinentes ad fedus Dei non tantum cum adultis sed & cum ipsorum semine initum Genes. 17.7. Quemadmodum liberi ex utroq; parente infideli immundi dicuntur non quod sint spurii, non quod magis peccato originali sint obnoxii, quam alii hic enim nulla est discretio; sed quod federis promissio ad nos non ita pertineat, ut ad fidelium liberos, quippe quæ ad solam Ecclesiam spectat.

7. Iam duo queruntur: Unum est num infantium Christianorum baptismus sit licitus & coveniens. Alterum num sit necessarius? Utrumq; negant Catabaptistæ. Nos pro veritate, sed secundum lineas quod aiant breviores.

8. Licitum & convenientem esse infantium Christianorum baptismum variis argumentis constat. Ante omnia veneranda est servatoris voluntas quam erga eos testatur Matth.18. et si ait: Sinite eos ad me venire. Iis v. baptismum denegare nefas est, quos Dominus ad se vult venire, præsertim cum aliâ ratione venire per ætatem non possint.

9. Unde factum est, ut Apostoli integras familias per baptismum Ecclesiæ inseruerint. Acto:16.15.33. c.18.8. 1. Cor.1.6. Verisimile autem non est nullum in tot familias fuisse infantem.

10. Idq; non tantum respondet elegantissimis V.T. typis, quibus initiationis Sacramentum fuit adumbratum, sed & quod novum in veteris Sacramenti locum successit. Detypis res est clara per mare rubrum, deinde per Iordanem non adulti modo sed & infantes transmissi; quæ baptismi est figura. 1. Cor.10.

11. Eum vero circumcisioni successisse palam est & rectè success-

successisse nemo facile negaverit nisi qui Paulo velit contradicere. Col. 2.11.12. quod nobis argumento est hunc merito illis concedi, qui circumcisio*n*is in V.T. participes siebant.

12. Non desunt, qui hanc successionem impugnant, eò quod i. circumcisio ad unum sexum restricta fuerit, baptismus utriq; sit communis, illa ad octavum diem alligata; ille non item, illa sine certâ verborum formâ, hic cum certis verbis administratur; iste iteretur, non illa; illa fuerit signaculum iustitiae, hic in peccatorum remissionē detur: deniq; illa faciat, ut Christus nihil nobis prospicit Gal. 5, isto induamus Christum Gal. 3.

16. At enim verò primis tribus argumentis elenchus consequentis cōmittitur: quartum nititur falsâ hypothesi de baptisi iteratione: quintum evertit seipsum: sextū pro nobis facit.

14. Et quæso quid obstat quo minus liceat & conveniat Christianorum infantes sanctissimo hoc Sacramento initiate? Num quicquam ex parte Dei ostendant prohibitionem: Num quicquam ex parte Sacramenti nihil, si omnia penitissimè executas. Num aliquid ex parte suscipientis? Cedo! Num ex parte Ecclesiæ: Id produci haec tenus non potest. Concludimus ergo; Licet, convenit.

15. Porro de necessitate queritur. Est a duplex necessitas; una absoluta altera hypothetica. Illa hic locum non habet, quod Christus docet cum Marc. 16. ait. Quicunq; crediderit & baptizatus fuerit servabitur; qui non crediderit damnabitur: Cur enim in antithesi solius fidei, non baptismi meminit, nisi ut confirmet non perire omnes, qui non baptizantur casu aliquo exclusi.

16. Eorum itaq; opinationem probare non possumus qui infantes sine baptismo vitâ defunctos à beatæ vitæ communione exclusum eunt. Promisit Deus se fore Deū non solū adulorum sed etiam seminis Genes. 17. Quæ veritas non cluditur, et inopinato casu infantuli ante acceptum baptismum expirerent.

A 3

Neces-

42. 50.
43. 49.
44. 70.
45. 47.
46.

17 Necessitatem hypotheticam agnoscimus, & contra fanaticos asserimus, necessitatem, inquam, mandati, medii & finis.

18 Necessitas mandati clarissimè patet ex Servatoris institutione Marc. 16. Matth. 28. Vult enim omnes gentes in nomine Patris, Filii & Spiritus Sancti baptizari, à quarum complexu infantes excludere, ab insanis propè abest.

19 Adversarii urgent literam & monstrari volunt hæc verba, *baptizate infantes*. Imprudenter! Quod enim ex infallibilius Spiritus S. testimoniosis per in dubiam consequentiam exstruitur, non minus pro Dei verbo est habendum, quam quod expressis literis annotatum legitur. Non solum imprudentiam produnt, sed & ineptias agunt. Si enim infantes ad baptismum, non volunt admittere, nisi verbum illud è sacris tabulis producatur, *Baptizate infantes*, similiter fœminæ à S. cœnæ usu arcendæ erunt, eò quod nusquam disertis verbis mandatum de cœnâ fœminis administranda exstet. Ut ergo his administratur cœna vi generalis mandati, ita quoq; infantibus baptismus.

20. Nec est ut in traditionum Apostolicarum latebras cum Pontificiis nos abdamus, qui eum ideo necessariò retinendum esse somniant, quod ab Apostolis sit Ecclesiæ extra verbum scriptum commendatus. Cur enim verbo non scripto adhæreamus, ubi scriptura veritati facem præfert?

21. Magna verò est istorum audacia, qui scripturam imperfectionis accusare non verentur, quod Pædobaptismum summè necessarium nusquam sanciat; Retundunt eam ipsi Pontificii, cùm ex scripturis illum nobiscum contra Anabaptistas defendunt.

22. Interim Pædobaptismum apostolicam traditionem à patribus nonnunquam vocari, minimè negamus. Luculentæ enim sunt eam in rē testimonia Origenis, Augustini, Cypriani; verū constat traditionem ἀγερον aliquando eis esse, quæ

MOA

Hoc quidem verbis, at sensu tamen scriptura comprehenditur.
Ita enim ipse Augustinus Pædobaptismum contra Donatistas
lib. 4.c. 24. ē scriptura defendit, quem alibi traditionem nun-
cupat.

23. *Necessitas medij fundatur in verbis Christi Ioh. 3.5. Amē
Amen dico vobis, nisi quis fuerit genitus ex aqua & Spiritu, non
potest introire in regnum Dei. Hic enim Christus Nicodemo-
tum causam principem regenerationis, tum organum sacra-
mentale, quo ordinariè utitur, insinuat. Nō quòd Deus ad me-
dia sit alligatus, nec possit sine istis salutem operari. Id enim ex-
trā ordinem præclaris argumentis subinde docet, sed quòd per
media ordinariè vult agere.*

24. *Necessitas finis ex federe æstimatur. Deus bonum fe-
dere promissum verbo offert, sacramentis obsignat: qui non est
postremus ipsorum finis. Unde firmum colligitur argumen-
tum: Ad quos spectat federis promissio, eis necessariò signacu-
lum exhibetur: hac enim ratione utitur Petrus ad persuaden-
dum suis auditoribus baptismi usum. Actor. 2. Jam vero Chri-
stianorum infantibus non minus quam adultis federis promis-
sionem esse factam, universa scriptura clamat. Ergo.*

25. *Hactenus de Christianorum infantibus. Quid vero si
et de infidelium liberis? Magna hic est sententiarum varietas.
Quidam aq; hos ac istos baptizari debere tradunt; Inter ple-
riosq; est consensus, infantes infidelibus nequaquam vi eripien-
dos esse, ut Ecclesia per baptismum inserantur. Id enim repu-
gnat Dei institutioni, naturæ federis & praxi totius Ecclesiae.*

26. *De iis qui in Christianorum potestate veniunt, di-
versas itum est in sententias. Sunt qui putant distinguendum
esse inter eos, quorum parentes in familiam Christianam adsciti
& illius pars quedam sunt facti; Et eos quorum parentes in
Republica quidem Christiana versantur, sed ita ut ~~aut~~ ^{pro} ouias
quandam in suos habeant in Ecclesiasticis, Politicis, maximè
vero*

42. 50
43. 49.
44. 70.
45. 48.
46. 47.
47. 46.
48. 45.

verò in Oeconomicis: Illos non autem istos ad baptismum admittidebere: Alii & illorum & istorum baptismum differendum esse existimant, donec adultiores facti fidem Christianam discant & profiteantur.

27. Ultraq; sententia magnos habet patronos. Nos tamē in posteriorē inclinare malumus. Certum enim est quamdiu parentes Christianis nomina non profitentur, liberos pro extra Ecclesiam natis haberi, et si in familiā Christianā in lucem sint editi. De ipsis vero generalis est Pauli sententia 1. Cor. 5.


28. Nec satis est, quod Christiani eos adoptent in filios & pro iis spondeant: Adoptio enim civilis privilegium Ecclesiae secum non trahit. Nec ideo Christianorum fiunt semē, quod ab eis educentur. Adde quod aditus ad Sacramentum non patet hominum sponsione, sed federis promissione, quae ad solam Ecclesiam, cuius infideles non sunt membra, spectare certum est.

29. Consultius itaq; nostro iudicio fuerit, eiusmodi infantes, si qui in nostram veniant potestatē Deo precibus diligenter commendare, & eis quasi cum lacte fidei Christianæ notitiam instillare; ac demum postquam religionis rudimenta tenuerint, ad sacrum baptismatis fontem admittere. Si priusquam id fiat ex hac vita evocentur, Sacramenti privatio nequaquam eis obserbit.

F I N I S.

•S(0)S•





I V.

cæ genus non est ars nec prudentia.

ut prolix simus, nulla flagitat necessitas: unico igrur; quicunq; habitus philosophicus non est practica virtia & virtutes, circa contingentia, circa ea quæ adunt, illius quoq; genus esse nequit. Atqui Metaphysic habitus Erg. genus ejus prudentia esse nequit. et prudentia propria indoles, uti minorum ipsius, quæ est mera theoretica seu speculativa. De arte dam movere ausi sunt, quibus opponimus hanc arti non competit definitio artis, illius genus ars esse ysicæ non competit definitio Artis. Erg. Majoritatio generis competit speciei generi subjectæ, quia eò est corpus animatum sensu præditum. Minorone artis. Ars, inqt. Philosophus 6. Ethic. est habi- ffectivus: hoc a. de Metaphysica nemo sanæ men- theor. trans. diff. 1. th. 28. p. 10. quia habitus pra- physica, quomodo ars erit? Cum omnis ars sit habi- es habitus practici: Forsan species alicui compe- genus illius speciei? quod ego non crediderim, omo sit & non animal: Hæc ille. Artem contem- in Mart. part Metaph. l. 1. q. 2. s. 1. & Scharf. theor. p. 20. proclaimamus στρυχόζυλον. Nec juvat eum io, quam ex Luciano suo accurato illo definitore juæ quam perfecta & accurata sit, videatur Exc. b. 1. art. 3. s. 3. p. 10. Scheibl. Met. l. 1. c. 1. art. 2. n. 0. 7. l. 1. quæst. 1. & alii.

V.

e genus non est intelligentia.

usio non adeò sit apud Dd. Metaph. controver- a brevis ero: sicuti a. de scientia strictè ita dicta lideò non possit esse genns Metaphysicæ, quia siones: ita nunc de intellectu dicimus, quod hic & constituere nequeat, quia præcisè Principia mentum. Qui habitus in nudis acquiescit Prin- pi. esse nequit. Ast intelligentia talis est. Erg. Ma-

A 3 jor